

quodcumque bonum reddendum alii; sed tenetur alio modo licite reddere sibi tantum, utpote per huiusmodi verba, non creditis eum esse talem, nisi enim dixi, & tunc dixi, & hæc quidem vera sunt: male dixi, fatue dixi, quia non servato ordine juris propoſui etiam in publico, quod non est verum publicum: & perſualio iſta, non reputatur iſtum in ſiam, bona eſt, quia quilibet præſumendus eſt bonus, donec probetur contrarium, iuxta illud, *Extra de ſcrutatio in ordine faciendo. c. unico: Hancna fragilitas illam quem indignum eſſe non movet, dignum debet æſtimare*: ſed iſte non eſt probatus in ſua coram iſtu: ergo bonum eſt perſuadere eis, quod ipſi non reputent eum indignum, nec malam.

In tertio membro dico ſimiliter quod non tenetur retractare negationem ſuam, quia negavit in publico verum crimen ſibi inpoſitum: quia non tenetur quicumque ſtatim in iudicio conſiteri ſe eum non dnm conviſus: tenetur tamen per quendam verba labris, ut dictum eſt in proximo articulo, *reſtituere ſamam illi accuſanti*, quem indirecte notavit de calumnia; & dicendo, non habuit eum pro calumniatore, quia credo quod habuit bonam intentionem proponendo, vel forte ſe credidit probare intentionem ſuam, & deceptus iur. Sed de ſiſo qui negat tale crimen vetum, ſed privatum, in publico ſibi inpoſitum, nunquid peccat mortaliter? Videtur quod ſi, quia inveniunt, & mendacio pernicioſo. & Republicæ, quia Republica propter eius mendacium publicum impeditur a punitione eius iuſta, & perione accuſanti, quia per hoc notatur de calumnia. *Reſpondeo iuſte, quod iuſtum eſt, exequitur.* Deur. 16. non ergo Republica omnia mala debet punire: ſed que cum hoc quod ſunt puniendi, poſt illa peccata iuſte punire: talia autem ſunt que coram iudice ſeculari iuſte enter poſſunt probari. Et ideo non leditur Republica ſi diverſum iudicium excedat iudicium eius, ut aliqua referentur divino iudicio, ſuper que non pot'eſt eſſe iuſtum iudicium Republicæ; quia *homo videt ea que parent, Deus autem inſuetur cor. 1. Reg. 16.* Per hoc patet ad obſtentionem, cum dicitur quod eſt contra Rempublicam.

Et cum dicitur quod eſt pernicioſa contra accuſantem. Dico quod non eſt verum, ſed iſtem eſt ſibi pernicioſus, quoniam modo proponit, quod non deberet proponere, immo deberet non proponere. Et ideo imputet ſibi, ſi aliqua iniuria ſequitur, quia ipſe eſt cauſa: non autem iſte negans, quia deſendit innocentiam ſuam in publico, ubi non eſt nocens, nec habendus eſt pro nocente donec laurte conviſus.

Sed remanet difficultas, ſi peccat mentiendo pro ſe? durum videntur quod quilibet accuſatus in publico ab uno ſtatim tenetur de neceſſitate ſalutis in publico conſiteri illud, & ſic ſtatim expoſitare ſe partibus in iudicio ſanguinis. Sed habendo oculum non tantum ad peccatum, ſed ad honeſtum & inhoneſtum, non apparet quod iſte honeſte, & ſecundum rectam rationem debeat conſiteri coram tali iudice, quia ipſe pluſquam quicumque: alius accuſans ſingularis auferret ſibi ſamam, quia conſiterenti contra ſe in iudicio creditur.

Quid

Quid ergo? cautã eſt reſponſio incertitudo, nego propoſita ut proponuntur, & hæc quidem ſine mendacio poſſunt dici in propoſito, quia proponuntur in publico, & ut publica, & publice probanda: ſic autem negare ea poſſet quis, ſi ſcit ea non poſſe probari in publico. Quod ſi iudex urget, cum, ut conſiteretur propoſitum, vel ut publice orget. Reſpondere poſſit, quod ipſe reſpondit iuſtice, nec ad accuſantem, & ſicut eſt modus juſtitiarum reſpondere: nec ab illa reſponſione vult deſiſtare, ſaciat iudex erga accuſantem, quod juſt eſt.

Sed nunquid ſi neget, intendens tamen negare illud ut propoſitum eſt, tunc in publico, ſicut Sacerdos ſacit de conſilio, dicens, nihil mali ſcio iſtum facile, quia loquitur ut in publico, auditur autem in alio ſoro, nunquid tenetur iſte qui negavit de illa negatione penitere?

Reſpondeo, bonarum mentium eſt culpam agnoſcere, ubi culpa non eſt diſtincta ad eius, & intrulatur Gregor. & ideo multo magis ubi dicitur autem in ſic culpa, & quali culpa, bonæ mentis eſt culpam agnoſcere: & ideo in tali caſu tutum eſt poſt talem negationem penitere diſtinctio de hoc, tanquam de tali quale eſt, utpote ſub tali diſtinctione, ſi mo tale tanquam de mortali, ſi veniale, tanquam de veniali.

Ad argumenta. Ad primum patet ex iſto tertio articulo. Ad ſecundum ſi arguitur de illo, qui non ſervato ordine juſtitiæ in publico accuſatus negaverit, concedo, quod ille non tenetur reſtituere ſamam accuſanti, ſiſo accuſans accuſato, & imputet accuſans diſtinctionem ſibi ipſi, quia & impudenter & iniuſte egit in publico, accuſando privatum. Si autem ſiſo argumentum ſit de mendaciter accuſante innocentem, qui non poſſet accuſare reddere ſamam, niſi ſeipſum inſimul, patet reſpoſio ex primo articulo quæſtionis, quia non eſt dignus ſamam poſt tale mendacium publicum: alius autem dignus eſt ſamam, ideo debet ſecundum juſtitiã ſibi reddi.

DISTINCTIO XVI.

Circa Decimam ſextam Diſtinctionem primo quarto.

QUÆSTIO I.

Utrum iſta tria contritio, confeſſio, & ſatisfactio ſint partes poenitentia?

Probo quod non. Peccatum eſt ſimplex delectus: ergo poſſet compari ſibi ſimplex remedium; poenitentia eſt tale remedium: ergo &c. Item, ſi eſſent partes poenitentia, aut ergo integrantes, aut ſubiſtitive, & accipio integrantes communitur ad partes eſſentiales, & quantitativas, non integrantes, quia totum non prædicatur de tali parte: conteri autem eſt poenitere, & con-

Eg. 3

ſite.

hæretici est penitere, & satisficere est penitere; ergo &c. Nec sunt partes subjective, quia in qualibet parte subjectiva perfecte salvatur ratio totius sine alia parte? Sortes enim est perfecte homo, dato quod plures non essent in specie humana; sed in conditione sine alio non salvatur perfecte ratio penitentia ergo &c. Item, si essent partes penitentia, aut penitentia virtutis, sed penitentia Sacramenti. Non primum, quia penitentia virtus est simplex forma in anima, quia spiritalis, & per consequens indivisibilis. Consimiliter confessio, & satisfactio non sunt spiritalia, sed sensibilia extra mentem. Nec secundum, quia omne Sacramentum est signum sensibile, vel consistit in signo sensibili, contractio non est aliquid sensibile, sed spirituale quod in anima; ergo non est pars Sacramenti. Item nulla pars est posterior naturali ordine suo toto, sed penitentiam Sacramentum sequitur naturali ordine satisfactio; ergo &c. Item, fructus non est pars ejus, cuius est fructus, patet exemplo, ut pomum non est pars arboris: & ratione, quia fructus est vitium quod expectatur de eo, cuius est fructus, nulla autem pars ejus est tale ultimum: sed satisfactio est fructus penitentia secundum Gloss. super illud Mat. *Facite dignos fructus penitentia*, & secundum sententiam Aug. de vera & falsa penitentia, & ponitur in *ista dist. cap. 2.* Contra, Magister in litera qui dicit quod ad perfectionem penitentia ista tria requiruntur: non autem requiruntur ad perfectionem alcajus; intrinsicè loquendo, plura, nisi sint aliquo modo partes ejus.

Hic intelligendum est, quod præter istum modum, quo accipitur penitentia pro Sacramento Penitentia, penitentia vel magis penitere, potest multipliciter aliter accipi. Sicut enim habetur ex dictis *dist. 14. qu. 2. §. 3.* Contingit habere iustitiam quandam vindicativam peccati arcti, & proximam ei est actus proprius ejus elicitus, qui est quoddam *voluntate* imperativum pænae ut culpam vindicantis. In tertio gradu est effectus actus proximus illius actus eliciti, qui effectus est actus aliquis, vel actus aliqui, ad quem, vel ad quos sequitur pæna vindicativa. Non enim potest voluntas per actum volendi imperare pænam, nisi prius imperando causam pænae, quia passiones non sunt in potestate voluntatis nisi mediatis actibus. Quarto & ultimo sequitur pæna consequens istum actum imperatum ad actum elicito ipsius penitentia virtutis, & ista pæna est effectus remotus illius actus eliciti: Patet autem distinctio istorum omnium, per se posse separari ab invicem. Potest enim virtus illa esse sine actu suo elicito. Patet de se, & e converso, quia ut dictum est, primus actus conformis recte rationi natus generare virtutem, potest haberi antequam aliquid virtutis habeatur, quia est generatus primi gradus virtutis. Consimiliter actus ille elicitus, qui est secundus, potest esse sine tertio, id est sine actu imperato quia non statim ad actum imperari in voluntate sequitur actus, qui imperatur, quia voluntas imperans non est omnipotens. Et e converso. Tertium illud potest esse sine secundo, scilicet actus aliquis casualiter pæna sine actu voluntatis imperante actum istum, sicut potest habere qui detestationem peccati a se commisit immedia-

te ex contemplatione Dei, licet non imperet talem actum elici, ut vindicativum culpe. Potest etiam esse tertium sine quarto, quia non semper ad actus illos, qui essent nati generare pænam, sequitur pæna propter aliquam indispositionem forte in ipsa potentia susceptiva pænae, sicut non semper ad volitionem, vel odium peccati consensum sequitur tristitia, ut prius dictum est. Potest etiam quartum separari a tertio, quia illa pæna potest esse sine actu illo ordinato, qui natus esset pænam illam causare, quia illis actus, ut ordinatus, non est causa præcisa generationis pænae illius: ergo istorum quolibet sine quolibet esse potest, & quælibet duo, vel tria, sine quolibet vel quibuslibet aliis. Ad propositum de hoc vocabulo *penitere*, proprie ut dictum est prius, est *pænam tenere*: tenere autem includit & actionem tenentis, scilicet quod voluntarie tenet & applicationem pænae sibi, quod in se tenet. Potest ergo habitus ille dici penitentia, quia quædam habitualis tenentia pænae, sicut principium habitualiter inclinans ad insistentiam sibi pænam voluntarie: & actus ejus potest dici penitentia actualis, vel *penitere*, quia quoddam modo insistentiam pænae sibi ipsi: & actus ille proximus imperatus ab actu elicito istius potest dici *penitere*, quia est voluntarie habere in se pænam, saltem in causa sua, nec aliter potest æque principaliter voluntarie haberi sicut in causa. Quartum, scilicet puniri pæna consequente actum istum, non est proprie *penitere*, sed magis (ut ita dicam) *puniri*, id est pæna teneri, vel *puniri*.

Ad propositum tria prædicta nullo modo sunt partes penitentia virtutis, (ut arguitur ut est principale,) quia illud est quædam forma simplex in voluntate, ut charitas, vel quæcumque alia iustitia. Et per aliud patet, quia illud est permanens licet permanentia pertinet ad virtutem: Contractio autem, confessio, & satisfactio, sunt quædam habentia esse in fieri, permanent autem non consistit ex partibus habentibus esse in fieri. Item ista duo ultima non sunt in voluntate, ut in subiecto, sed sunt quædam exteriora.

Consimiliter dico quod non sunt partes penitentia secundo modo dicte: quia & actus ille est quidam actus simplex, sicut est actus virtutis simplicis. Patet etiam ex alio, quia ille actus est immediate voluntatis, ut elicitus a voluntate: sed confessio & satisfactio non sunt actus immediate eliciti a voluntate, sed imperati. Sed loquendo de penitentia tertio modo, scilicet prout est causa proxima ipsius pænae insistentia, quæ causa est actus imperatus ab actu penitentia virtutis, istius partis possunt poni tria. Et consimiliter istius quartæ, quod est *puniri*, partes, possunt poni tres pænae, quæ concomitantur istis tres actibus, & hoc modo iustitia commutativa universaliter respicit æqualitatem in commutatione non rei, sed magis secundum æqualem rationem; ergo hoc modo iustitia punitiva, quæ est quædam commutativa in punitione respicit pænam æqualem, sive commensuratum illi culpe, & hoc secundum rectam rationem illius legis, secundum quam ipsi est vindicativa: lex autem illa secundum quam punitiva virtus est vindicativa, dicitur culpam debere ordinari, & per

pœnam intrinsecam trinitatis, & per panam extrinsecam duplicem, veniendū scilicet, & afflictionis, sive laboris corporalis, sicut colligitur ex diversis Scripturis, quæ continent legem illam; (a) ergo illa pœna, sive pœnitentiæ, quod respondet culpæ, integratur ex tribus pœnis. Et consimiliter causa proxima istius pœnæ, oportet quod integratur ex causis propriis istarum pœnarum. Causa autem propria trinitatis interioris est delectatio peccati commissi a se, sive dissimulatio de peccato; & hæc includit duas causas parvas, scilicet considerationem peccati commissi, & noñtionem ejus, & inter illas principalior est causa noñtio: ipsa etiam postea necessarium ponit aliam, non convertit. Ille ergo actus, qui est propria causa proxima trinitatis dicitur contritio. Secundus actus qui est causa proxima erubescens, vel verendū dicitur confessio, ubi peccatum proximaliter exponitur homini. Tertia causa proxima, vel propria tertiæ pœnæ est opus aliquod laboriosum, vel pœnale. Sicut ergo pœna perfecta correspondens culpæ secundum iustitiam vindicativam habet tres pœnas parvas, quæ sunt partes unius pœnitentiæ perfectæ, eo modo quo tres restitutiones essent partes unius restitutionis perfectæ illi, qui fuisset tripliciter damnificatus: ita tres actus ad quos sequuntur istæ tres pœnæ sunt partes unius causæ sufficientis proxime respectu pœnæ condignæ.

De pœnitentiæ Sacramento dico, quod ista tria nullo modo sunt partes ejus, quia ut dictum est *dist. 14* Pœnitentiæ Sacramentum est illa absolutio Sacramentalis facta certis verbis, &c. Hujus autem nulla pars est contritio, quæ est quoddam spirituale in anima: neque confessio, quia nihil est ipsius sententiæ Sacerdotis, sed actus rei accusantis se: neque satisfactio, sed sequitur illam absolutionem Sacramentalem.

Hæc tamen tria ad Sacramentum Pœnitentiæ, ad hoc ut digne recipiantur, requiruntur, vel pœnitentiæ, vel sequentiæ, simpliciter enim requiruntur confessio, quia Sacerdos non absolvit reum arbitrariè, nisi prius reus sibi fuerit accusatus in foro illo.

Non est etiam utilis illa absolutio, nisi præcedat in consistente aliqua contritio, vel attritio. Partes istius distinctionis patent ex dictis supra (c) & Sufficit enim quod aliqua dissimulatio, licet infirma præcedat, & tunc ille capax est absolutionis Sacramentalis, & per illam fit contritio. Satisfactio autem debet sequi Sacramentum Pœnitentiæ ad hoc, ut habeat efficaciam, & hoc in re, vel in voto, nisi iudex possit perpendere illas pœnas alias pœnitentes sufficere ad totalis pœnæ solutionem. Ita enim sententiæ Sacerdotis sic absolvit, quod tamen ligat: absolvit quidem a debito pœnæ æternæ: sed ligat ad solutionem pœnæ temporalis, nisi fit sufficienter jam soluta; ipsa etiam vel nullo modo absolvit, vel saltem non efficaciter, nisi ille reus sit in se debito modo dispositus, quia Sacramentum est signum absolutionis

in-

interioris, quæ interior non concomitatur, nisi sit debita dispositio in mente interiori absolvendi.

Ad argumenta. Ad primum, non sequitur, si peccatum sit simplex; ergo remedium vindicativum, vel vindicta pœnæ debet esse simplex. Iuste enim potest legislator statuere multas pœnas parvas correspondentes, tanquam unam vindictam integram unum peccato.

Ad secundum dico, quod pœnitentiæ tertiæ modo dicta, vel pœna pro quarto modo correspondens alicui peccato potest accipi dupliciter. Uno modo pro tali adequatè peccato, & sic unica pœnitentiæ, & una pœna correspondent unius culpæ, & illud si habet partes, se habet ad illas, sicut ad partes integrales. Alio modo potest accipi pœnitentiæ tertiæ modo dicta, vel pœna quarto modo pro generaliori ratione ejus, quod est tenete pœnam, vel unum pro culpa, licet non adequatè. Et hoc modo est totum universale ad illas, quæ sunt partes integrales primo modo: hoc patet in exemplo. Illo enim quod aliquis occidit alium, iusta potest esse lex, quod pœna corporalis puniatur, & pœna pecuniaria tradenda amicis oculi: & utrumque istorum est pœna: & pœna pro homicidio, & hoc modo pœna pro homicidio potest dici universalis respectu pœnæ corporalis, & pœnæ pecuniariæ, quia utrumque istorum est pœna, & pro isto peccato. Alio autem modo accipiendo pœnam pro homicidio, pro pœna totali correspondente illi culpæ: sic nec pœna corporalis tantum, nec pecuniaria tantum, est pœna illa, sed quodlibet istorum est pars integralis illius pœnæ.

Et secundum hoc patet quomodo pœnitentiæ prædicatur de quolibet istorum trium divisum, accipiendo pro tenentiæ alicujus pœnæ correspondens culpæ, sed non totaliter adequatè: & quomodo ex alia parte nullam istorum sine alio integritati pœnitentiæ, ut est adequatè culpæ. Ad tertium patet, quod neque sunt partes Sacramenti pœnitentiæ, neque pœnitentiæ virtutis, nec etiam actus illius virtutis; sed actus imperati ab illa virtute, qui est actus proximus punitivus, & pœnæ concomitantes eos sunt partes effectus remoti actus pœnitentiæ: tamen actus elicitus pœnitentiæ potest aliquo modo dici habere partes istas & non formaliter, sed quasi casualiter, pro quanto ipse est aliquo modo distinctus, ut imperat istam partem, & illam: & hoc modo remotissime possunt dici partes ipsius virtutis pœnitentiæ, ut inelinet ad omnes istas insligendas. Ad quartum dico, quod pœnitentiæ virtutis, & actus ejus eliciti, & actus ejus imperati, opus exterioris laboriosum est fructus; & hoc illud opus exterioris non est pars pœnitentiæ operato. Et concedo, quod illud opus exterioris non est pars pœnitentiæ: alioquin istorum trium modorum dicitur, tamen est pars ejus, quod est *pœnitentiæ*, quod est quartum inter illa prius numerata, & non est inconveniens, idem esse partem posterioris, & fructum prioris.

a *Dist. 14. q. 2. post oppositum.*b *quæst. 4.*c *distincti. 14. quæst. 3. q.*

QUÆSTIO II.

Vtrum remissio, vel expulso culpa, & infusio gratiæ sint una simpliciter mutatio?

Videtur quod non: Augustinus de vera & falsa penitentiâ, & ponitur in litera hujus distinct. cap. 2. *Dilendum est peccatori, non solum quod peccavit, sed ignis se loquatur privavit.* Ex quo sequitur, quod peccare non est se formaliter private virtutis, nec peccatum formaliter est privatio virtutis, sed infusio gratiæ, quæ est virtus, si est formaliter expulso assuetus privationis, non est nisi privationis proprie: ergo non est ipsa expulso culpa: ergo est talia materia doloris privatio virtutis, & ipsa culpa; ergo per oppositum expulso culpæ virtutisque restitio est alia, & alia materia gaudii. Item, in mortalibus corruptio vini est alia mutatio ab inductione virtutis; ergo formaliter hic. Probatio antecedens, virtus est quedam qualitas positiva, ut timiditas, vel parcitas: non enim omnis carens fortitudine est timidus, sed habens habitum inclinatum ad timendum: nec omnis carens liberalitate est parvus, sed qui acquisivit habitum ex frequenter parce agere. Pater etiam inducens in vitis, quia extrema inclinat potentias virtualiter ad habitus sibi conformes, sicut media ad actus sibi conformes: & ista inclinatio non est per solam privationem, sed quando sunt forme positivæ oppositæ, quarum una succedit alii, sunt aliæ mutationes, quia quatuor termini, ut patet in alternationibus a contrario in contrarium.

Item, generatio & corruptio sunt duæ mutationes propter quatuor terminos, scilicet duas privationes, & duas formas; sed hic est corruptio peccati, quod incipit, & quædam generatio in esse gratuito, quando gratia inundatur; ergo duæ mutationes. Item, dispositio, & illud ad quod dispositio non sunt idem: expulso culpæ dispositio ad infusionem gratiæ. Probatio, quia per expulsiōnem culpæ est non inimicus, per infusionem vero gratiæ est amicus, sed non est inimicum dispositio ad esse amicum. Et postest ex hoc formari ratio principalis, quia non est idem desinare esse inimicum, & incipere esse amicum; sed per expulsiōnem culpæ desinit esse inimicus, per infusionem gratiæ incipit esse amicus, ergo &c. Contra, si expulso culpæ sit alia mutatio ab infusione gratiæ, aut ergo erit mutatio positiva, vel privativa, vel (ut alii loquuntur) dependiva, vel acquisitiva. Non acquisitiva, quia mutationis positivæ terminus ad quem est aliquid positivum; illius autem expulsiōnis terminus ad quem positivum non est alius a gratia. Nec privativa, quia tunc terminus a quo est positivus; sed culpa non est aliquid positivum: ergo &c. Item si sit alia mutatio hæc, & illa, aliquem ordinem habebunt inter se prioris & posterioris, quia ordinantur ad eundem finem, & non ex æquo, quia non aequè immediate attingunt illum, sed non est ibi date ordinis; ergo &c. Probatio minoris, quia si expulso esset prior natura; ergo in illo priori esset ille amicus, & tamen non amicus, quia non habens

gra

gratiam, sine qua nullus est amicus. Si etiam infusio gratiæ esset prior in illo priori, esset amicus, quia habens gratiam, & tamen inimicus, quia habens adhuc culpam.

Respondeo. Hæc sit prima conclusio, quod infusio gratiæ, & expulso culpæ, seu magis proprie loquendo remissio culpæ, non sunt simpliciter una mutatio. Hoc probatur quadrupliciter. Primo sic, idem simpliciter non potest pluralitari, & hoc pluraliter simul, & hoc accipiendo uniformiter identitatem, & pluralitatem, puta si realiter, & si ratione, & si ratione, ratione: hoc enim includit oppositum primi principii, quia idem ut est idem, esset unum & non unum; sed remissiones culpæ sunt multe, quando non est nisi una infusio gratiæ: eodem enim modo quo dicitur peccator post actum peccati transire, dicitur peccator a tuis culpis, postquam multas commisit: & illarum quilibet habet propriam remissionem, quis quilibet remissio potest esse sine alia, si tantum illam culpam commisit & non aliam. Item secundo sic, idem non separatur ab eodem, accipiendo uniformiter identitatem, & separationem, puta si realiter, & si ratione, & si ratione, quia etiam hoc includit oppositum primi principii, scilicet quod idem sit est idem simul sit, & non sit; sed remissio culpæ & infusio gratiæ possunt ab invicem separari. Probatur tam comparando primum ad secundum, quam e converso: postest enim in statu innocentie in genere humano (& ita factum est in Angelis qui non peccaverunt) gratia infundi absque culpæ remissione, quia nulla culpa infuit. Similiter potest culpa remitti absque hoc, quod gratia inundatur: potest enim Deus de potentia absoluta hominem creare in puris naturalibus sine culpa, & sine gratia: ergo & post lapsum talem reparare, & ita remittere culpam sine infusione gratiæ. Evidentia istiusmodi patet, supra in qua de Circumstantiis distinct. 1. Tertio sic: Culpæ & gratiæ non sunt formaliter oppositæ, nec formaliter repugnantia. Probatio, quia tunc agens effective, vel defective potens super esse unius, potest effective, vel defective super non esse huius, ut patet universaliter in incompossibilibus: voluntas autem creata potest effective, vel defective super esse culpæ, quia ab ipsa est culpa: ergo ipsa potest effective, vel defective super non esse gratiæ, quod est insalam, quia gratia non destruit nisi assuehiletur; sed creatura non potest aliquid annihilare. Patet ergo conclusio propolitio, scilicet quod non est formaliter repugnantia inter culpam & gratiam, sed non est unica mutatio ab aliquo sur a termino a quo, & ad aliud ut ad terminum ad quem, nisi illa sint formaliter repugnantia; ergo &c. Quarto sic: Una mutatio non est ad formam positivam, nisi a propria privatione eius: culpa ut ab ea postactum dicitur aliquis peccator, non est propria privatio gratiæ, quia unica gratia non habet nisi unam privationem, multæ autem sunt culpæ hoc modo ut dictum est in prima ratione. Nec valet instantia contra majorem, quod aliqua mutatio habet utrumque terminum positivum, quia istius mutationis, quæ est ad gratiam, per se terminus a quo est privatio; & per consequens propria privatio termini ad quem. Secunda

ad

da conclusio est hæc: In infirmitate, & remissione culpa non sunt due mutationes reales. Hoc probatur, quia infirmitas est mutatio realis, quia est uter privationem formæ realis ad formam illam: remissio autem culpæ non est mutatio realis: ergo &c. Major hujus est probata: & ex hoc patet, quia hic est una mutatio realis. Minor indiget probatione. Ubi est intelligendum, quod si possetur peccatum actuale esse corruptionem, vel privationem formaliter alicujus gradus nature, vel secunditatis naturalis, vel conjunctumque positivi proprii, tunc expulso culpa esset relictio istius positivi, quod culpa privatur: & tunc posset illa expulso esse mutatio realis, & positiva a privatione relictionis hujus ad ipsam relictionem; sed hoc est improbatum *sec. lib. distinct. 35.* quia natura intellectualis est incorruptibilis per quantumque actionem sui: & sicut tota natura, ita & quicumque gradus: quia si unus gradus posset corrupti ab illa natura per aliquam actionem sui, sequeretur quod per actiones aliquoties iteratis posset totaliter corrupti. Unde illud Augustinus. Enoch. Peccatum instantum est malum, inquantum adimis de bono, debet intelligi non quod adimat de bonitate nature in esse primo: quia detectus effectus contingens non repugnat esse, quia non repugnat effectui contingenti, qui magis videretur repugnare; sed debet intelligi de adimere bonum in actu secundo; non quidem quod inest, sed quod deberet inesse. Si etiam poneretur quod aliqua macula remaneat in anima, proprii peccato actuali, & quod illa expelleretur in penitentia, tunc posset poni remissio culpæ mutatione realis ab illa culpa ad carentiam eius, sed hoc est improbatum supra *distinct. 14. quæst. 1. art. 1.* ubi ostensum est quod post actum culpæ transeuntem interiore, & exterioriter, præter insultantem habitalem, quæ est carentia gratiæ, & unica, in una anima, non remaneat aliqua insistentia actualis propria, a qua dicatur peccator tali peccato: quia non est immediate receptiva illius obliquitatis, quæ nata est esse in peccato actuali: sed tantum mediante actu, in quo proxime sit illa obliquitas: ergo post actum transeuntem tantum remanet anima obligata ad penam propriam correspondentem illi culpæ commissa, & ista obligatio dicitur reatus ille qui manet in anima postquam transit actus peccati intrinseci & extrinseci. Ex hoc potest probari minor rationis illius præceptæ sic: Obligatio ad penam pro culpa commissa non est aliquid reale in anima post actum præteritum: sed est tantum relatio rationis in objecto volito, ut voluntas est: ergo remissio, quæ est ab obligatione ista ad non obligationem, non est mutatio realis. Consequenter patet, quia non est mutatio realis, nisi sit in termino realem positivum, vel privativum realem. Antecedens declaratur, quia sicut voluntas a me, per hoc, quod est a me voluntas, nullam habet formam realem novam absolutam, vel relativam, sed tantum relationem rationis correspondentem reali voluntati in me, ita per hoc, quod aliquis est voluitus, vel ordinatus ad penam a voluntate divina, postquam commisit culpam, cum culpa non remaneat, nec aliquid reale positivum vel privativum; nec alia relatio realis

realis fundata super culpam remanebit; sed tantum rationis, & hoc indifferenter accipiendo relationem rationis pro objecto volito, sicut pro objecto intellecto, ut dictum est in *primis lib. dist. 45. q. 1.* quia non magis est realis collectio objecti voliti per actum voluntatis ad aliud, quam comparatio objecti intellecti ad aliud per actum intellectus. Contra hoc, non est transitus a contradictorio in contradictorio sine aliqua mutatione: sed quando sit remissio culpæ, est transitus talis: quia ante remissionem iste est ordinatus ad penam, & dignus pena, & post non: ergo &c. Major patet, quia si nulla est mutatio, non est ratio, quare magis nunc pars una contradictorii sit vera, quam alia, & prius alia vera magis, quam nunc, & potest hæc probatio ulterius deduci, quod talis transitus non potest esse sine mutatione realem: quia mutatio rationis oportet quod reducat ad aliquam mutationem realem. Minor probatur, quia ante, quam culpa remittatur, iste est ordinatus ad penam & dignus pena: quando remittitur, non ordinatur ad penam, nec est dignus pena. Et confirmatur, quia ante remissionem intellectus voluit esse ipsum esse penitentium: ergo illud sicutum est verum: post remissionem autem licet illud non sit in voluntate probata ulterius, quia cum sit transitus non sit in voluntate divina, nec in actu ejus: ergo erit in isto, cui culpa remittitur, & per consequens remissio culpæ in isto, hic primo videndum est aliquid de voluntate: creata: postea ad propositionem applicandum: voluntas autem creata, licet non possit simul velle affirmationem & negationem eadem pro formaliter tamen potest non simul velle illa eadem pro simul, scilicet per diversos actus sibi invicem succedentes, & potest simul velle illa eadem non pro simul, & hoc eadem nullo modo in se variato ante terminum volitionis. Patet si simul consideret incho in pro diversis *nunc*, & pro illis oppositis licet conpetere: sed nec necesse est illud, cui vult affirmationem & negationem pro diversis *nunc* variari ex illa volitione, nisi illa sit causa sufficienti voluntati oppositorum, & sic volitio absoluta non conditionata. Si enim non posset esse causa illorum, & sit volitio absoluta, utpote si ambo non sint causalitatis extra, quia sunt tantum causa rationis, ut volo huic dominium, vel aliquid tale, quod non est causabile realiter in illo: vel si illud volitum illi est causabile, non tamen ab hac voluntate; ut volo illi bonitatem, quæ est quoddam reale causabile in illo, & a voluntate mea imperante causabile illud, velum tamen isti conditionaliter pro A, & oppositum pro B conditionaliter; nec oportet hoc oppositum pro A, nec illud pro B inesse isti, nisi conditio sit pro utroque, vel altero. Ad propositum quæcumque absoluta obiecta exceptis peccatis & generaliter inordinate volitis, voluntas creata potest velle pro eodem *nunc*, vel pro alio, & alio, & hoc sive uno actu, sive diversis; voluntas divina potest uno actu velle eadem pro eisdem *nunc* a volitione realiter, sed diversis secundum rationem; quia

quia voluntatem esse limitatam ad aliqua objecta secundaria præcise, ita quod in alia non possit, est imperfectionis in voluntate: & per consequens pro diversis instantibus potest velle affirmationem & negationem illi nullo modo in se variato actu voluntatis: & hoc magis potest quam voluntas creata, quia minus dependet æternam a temporali, quam adus temporalis a temporali, immo non dependet. Quod si illa affirmatio, & negatio, quæ vult illa voluntas illi non variato in se, unum pro A, & alterum pro B, sint simpliciter causalibus, quia sunt realia, sequitur quod sunt causalibus a voluntate divina, quia est omnipotens: sed si non sint causalibus, vel voluntas illa vult tantum alterum, vel ambo conditionaliter, sequitur quod illa voluntas vult illi unum oppositum pro A, & aliud pro B, & sine omni illius mutatione: sine etiam omni mutatione sui in se & in actu suo, & sine mutatione objecti ut objectum est; quia & volitio, & objectum ut voluntati obijciuntur habet esse in æternitate, nec possit objectum variari ut obijciuntur actuali sine variatione actus. Ex hoc ergo sequitur quod voluntas divina potest velle illi affirmationem (dicatur C) pro instanti A, & eidem negationem (dicatur D) pro instanti B absque omni mutatione in voluntate divina, vel in objecto ut objectum est, vel in aliquo extra. Et hoc si sint illa opposita non sint nata esse mutatio, puta quia affirmatio non est, nisi tantum affirmatio rationis, & per consequens negatio est tantum negatio entis rationis: vel si voluntas non vult illa nisi tantum conditionaliter, vel ambo, vel alterum. Sed quia nullum ens rationis est per novum actum voluntatis vel intellectus, ista conditio, scilicet de ente rationis non salvat transitum a contradictorio in contradictorium sine mutatione, licet non inter illa quæ sunt rationis; tamen inter actum, & non actum est mutatio: propterea ergo omnipotentiam voluntatis divinæ nullo modo potest velle illi C pro A, & D pro B, sine mutatione aliqua in illo; & hoc si velit illa volitione efficaci & absoluta; sed si velit ambo vel alterum conditionaliter, & conditio non existat, nec tunc requiritur mutatio: voluntas autem creata, quia non est omnipotens, potest absolute velle eidem non variato C pro A, & D pro B, & sine aliqua mutatione præcedente vel sequente. Ad formam ergo rationis concedo maiorem proprie accipiendo transitum: sed minorem isto modo nego, quia voluntas divina pro instanti, pro quo iste peccat & pro toto tempore habito usque ad instanti B, vult illum esse puniendum, non prout puniendum est participium futuri temporis passivi, sed prout est nomen, id est, vult illum esse dignum puniri, quod nihil aliud est, nisi velle puniri istum pro tunc, & hoc volitione conditionata, videlicet si fiat in termino, vel si in instanti B, peccaverit, & vult istum pro tunc, & pro toto tempore habito usque ad instanti novi peccati non esse puniendum, quod est velle istum conditionaliter non puniri si fiat in termino; hic ergo non est transitus aliquis ab uno opposito in aliud oppositum, sed hic est circa idem objectum velle conditionatum affirmationis pro uno instanti, & velle conditionatum negationis pro alio instanti: Et ista duo velle in æternitate simul stant, & circa ob-

jectum

jectum in æternitate volitum, licet non pro æternitate, sed pro alio, & alio *nunc*.

Per hoc patet ad illam probationem de intellectu divino, qui sit istum ante remissionem esse dignum puni, & post remissionem non esse dignum, hoc enim non est aliud, quam scire istum esse ordinatum ad penam per actum voluntatis conditionatum pro illo instanti, pro quo sic est ordinatus, & non ordinatum pro illo instanti, pro quo sic non est ordinatus. Si arguas quod omnimoda finalitas est impossibilis, quia tunc simul velle opposita & pro simul: necessario ergo requiritur ibi ultra aliqua successio, & pro tanto aliqua mutatio. Respondendo, non requiritur aliqua successio actus ad actum, neque actus, ut tendit super objectum, ad actum, ut tendit super aliud objectum: quia in æternitate tendit super utrumque; sed nec successio unius objecti ad alterum in se extra, quia non requiritur ad istam Dei volitionem existentiam rei extra, sicut nec temporale, ad æternum; sed requiritur ibi aliqua successio eorum, quæ sunt objecta in esse objectivo. Hoc hoc est idem he habere ordinem, & habere ordinem in objecti: quia prius ut prius, & posterius ut posterius possunt simul intelligi, ita quod in objecti ipsi intellectui non habet ordinem; & tamen ordo est istorum, ut sunt objecta, scilicet in esse eorum objectivo. Nec est isto ordine objectorum in esse objectivo sequitur aliqua mutatio, quia oppositum non succedit opposito, neque in *cognosci* neque in *esse*. Si arguas contra hoc, quia semper hat difficultas rationis, quia primo est una pars contradictionis vera, scilicet, iste est ordinatus ad penam: secundo altera, scilicet, iste non est ordinatus ad penam: sed non est transitus a contradictorio in contradictorium sine mutatione: ergo &c. Respondit, in æternitate hæc est veritas, iste pro A est ordinatus ad penam, & iste pro B non est ordinatus ad penam. Nec ista sunt contradictoria simul vera, nec succedentia sibi invicem in veritate: sed illa pro quibus affirmatio & negatio denotantur inesse, apprehenduntur ut succedentia sibi realiter, vel possibiliter. Vel aliter, nihil aliud est, iste est nunc ordinatus ad penam, nisi iste est volitus ad penam pro A, si tunc iudicaret, & isto postea non est ordinatus ad penam, id est, iste non est volitus ad penam pro B, si tunc iudicaret, & hæc non sunt contradictoria. Quod autem utraque volitio ista pertinet ad retentionem & remissionem culpæ non fit nisi conditionata; patet, quia si velle absolute peccatorem statim cum peccat, punire statim puniret.

Contra totum istum processum de diversis *nunc*, pro quibus est offensa & remissio, arguitur, quia Deus postea Angelo peccanti in ævo existenti absque omni tempore remittere offensam, & tunc non esset dare talia diversa *nunc*, pro quibus esset culpa & remissio, maxime si ponatur ævum indivisibile. Si dicatur quod esset aliud ævum culpæ, & tunc desineret esse adveniente remissione. Contra, quia alterum istorum duorum vel culpa, vel remissio est tantum privatio, & ita non habet propriam ævum, comparando etiam ad ævum Angeli manentis primo sub culpa, postea sub remissione, & in illo ævo eo-

dica,

dem, & pro illo instanti essent illa duo opposita.

Responsio istius queratur a. lib. dist. q. de successione rei. Dicit potest secundum Ioan. de Bafolis: Eorum forma simpliciter est indivisibilia: tamen virtualiter ut coexistit pluribus partibus temporis divisibile.

Sed esto quod Deus remittat isto modo culpam post offensam sine omni mutatione, sive in actu, sive in objecto, ut objectum est, sive in objecto ut extra: nonne huic actui remissionis correspondet in Petro, cui remittitur extra aliqua mutatio rationis? Videtur quod sic, quia alioquin non magis esset Petrus obnoxius, sed reconciliatus post remissionem, quam ante. Quod si correspondet, de illa erit questio, an sit eadem cum illa gratificatione, an alia. Potest dici, quod ubi actus, in quo objectum habet esse rationis, potest esse terminus mutationis realis, ibi potest objectum mutari mutatione rationis, sicut lapis potest fieri de non intellecto intellectus a me, quia intellectus eius in me potest esse novus: sed ubi actus nullo modo est terminus mutationis realis, ibi objectum ut in actu non potest mutari mutatione rationis: huiusmodi est velle divinum, & per consequens Petrus ut est objectum istius actus, quia ut extra habens esse novum, non habet noviter rationem obiecti, sed uniformiter in aternitate. Si ita nulla videtur esse concedenda mutatio, nec rei, nec rationis in Petro, quando dicitur culpa sibi esse remissa: concomitatur tamen ibi remissionem illam actuum Dei, & passivam secundum dicit in Petro, quae iam mutatio realis, & hoc semper de potentia ordinata, quae est ad gratificationem Petrum: quia de potentia ordinata nulli remittit Deus pro A, quin illi pro tunc gratificet, sed de potentia absoluta, & in extra, & in actu in ira, pro aternitate possent ista separari, ut scilicet remittere Petro in A adveniente A, quod non est nisi actus immanens Deo; & tamen non gratificaret ipsam in aliquo actu transiente extra, si in aternitate vult remittere in A: si tamen non vult in aternitate gratificare pro A, quia primum nihil dicit, nisi negationem a tunc positum, quod est velle punire: secundum autem dicit actum alia n positivum. Est obnoxius quod non potest aliter se habere Petrus ad aliquid voluntatem ut puniri, vel non puniri, nisi quia aliter se habet secundum aliquid aliud, puta, quia acceptus, vel non acceptus: quia objectum non variatum in se secundum aliquid prius actu, non aliter obnoxius voluntati divinae. Hac est sententia, quia voluntas nostra potest alio actu aliter se habere ad objectum uniformiter se habens in se ante actum, & potest si semper haberet eundem actum contingere transiente super objecta secularia.

Ad Argumenta. Ad primum concedo quod peccatum non est formaliter privatio gratiae: ut probantur alique rationes ad primam conclusionem. Et ex hoc patet, quod indistincto gratiae, & casualiter virtus non est formaliter exclusio culpae. Sed si ex illa auctoritate veis probare dua, esse mutationes, inpositionem, & expulsiorem, per hoc

quod

quod peccare & gratia corruptum sunt due mutationes; ergo a simili in proposito. De eo quod consequenter non valet quia illa culpa ad quem est motus peccati, vel peccandi, non mutatque ad inpositionem gratiae, nec etiam tunc potest esse terminus a quo propria mutationis: sed illa culpa transiente, manet sola obligatio in isto, ut est obnoxius a secundarium voluntatis divinae, & illa in justificatione non potest esse terminus a quo alicuius mutationis propria.

Ad secundum patet quae sunt ibi due mutationes in moralibus, qui sunt ibi quatuor termini, duo passivi reales & duo activi reales: & non sic hic. Per idem patet ad illud de generatione & corruptione. Ad illud de dispositione ad formam, ad quod dispositio; dico quod ista remissio privativa, quae est carentia obligatioms ad penam, non est aliquid dispositio realis ad amissionem, seu gratiam: & ideo ipsa remissio accepta quali terminata ad hanc carentiam, non est aliquid mutatio realis. Si ergo accipis, quod remissio mutatio est dispositio ad illam mutationem, quae est infusio gratiae; negot quia remissio non est aliqua mutatio neque activa, neque passiva, nec rei, nec rationis. Et per eadem potest responderi ad quatuor rationes prolixas ad primam conclusionem in solutione questionis: si tamen illa ubi aliquo extenderetur ad probandum quod fuerit due mutationes, quod negatum est in secunda conclusione. Major enim prime rationis, si sic accipitur, quidquid multiplicatur, vel plurificatur in sua entitate talis quali, est aliquid realiter ab illo, quod non plurificatur in sua entitate; talis est, mixtus realis; & ideo remissionis, quae plurificatur taliter qualiter, sunt entes, quia tantum rationis entia sunt, & infusio gratiae est una: non sequitur quod ille sit aliquid mutatio ab illa; sed bene sequitur quod non sunt eadem ibi, quia tunc plures ab illa; sed bene sequitur quod non sunt eadem ibi, quia tunc plures ab illa; accipiendo similitudinem plurificationem hinc inde. Consimiliter maior fundae rationis, quid quid separatur ab alio in suo esse est aliquid realiter ab illo, talis est, nisi sit in suo esse ens reale. Tertia ratio & quarta non probant pluralitatem istorum tanquam duarum mutationum; sed tantum, quia illa mutatio, quae est ad gratiam non habet pro per se termino a quo culpam, quod concedo.

Ad rationes in oppositum. Ad primam dico, quod sic reatus, vel passivus obligatio ad penam, quae sola manet post transiitum actus interioris, & exterioris in peccato est ens, quia rationis, & sic est ens positivum: & per consequens non reatus, vel non obligatio, vel non debetum est privatio entis rationis: & ita si esset alicuius transiens rationis ab obligatione ad non obligationem, illa esset mutatio rationis privativa, vel deperditiva; sed illa mutatio est nec in actu voluntatis divinae, nec in objecto, ut objectum est, nec in objecto ut extra; nihil dicitur quod pro tanto est in objecto extra, pro quanto illud objectum est in illo nunc, quae sola manet post transiitum actus interioris illud objectum: & tunc obnoxius extra transire a non esse in illo nunc, ad esse in illo nunc, est concomitanter mutari mutatione rationis ab obligatione ad non obligationem. Cui ergo arguis quod

Tom. IV.

Hh

non

non sit mutatio dependentia, quia terminus eius a quo non est aliquid positivum, nego: nec tamen culpa est aliquid positivum, nec illa manet, sed obligatio sequens commisionem culpae est aliquid positivum, & illa remanet. (2) Secundum argumentum de priori & posteriori ponderatur ab aliquibus in ista materia, quia ponendo distinctionem istorum tanquam mutationem, quaritur ordinem inter ea. Brevis iter dico quod secundum Philosophum. *si Met. cap. ult. prioris, & 9. Met. cap. 7.* Aliqua pars priora generatione, aliqua perfectione, & ista perfectiones communicat et converso se habent in via prioris generationis imperfectiora sunt priora. Hoc modo dico, quod si expulso culpa esset aliquid ens, & initio gratiae: via generationis prior esset expulso culpa: sed et converso, via perfectionis prior esset initio gratiae, quia immediatior ipsi fini, quod est simpliciter perfectum in isto ordine. Similiter de prioritate consequentiae patet, quod imperfectus est prius sicut animal est prius secundum consequentiam quam homo, & universaliter consequens est imperfectius quam antecedens: sic et modo, quo esset consequentia inter ista, expulso sequeretur ad infusionem gratiae, non et converso. Non enim sunt opposita immediata simpliciter ex natura extremorum, sed ex institutione divinarum & non sequitur inducitur unius ad amotionem alterius, nisi in oppositis in mediatis secundum se. Sed an gratiam sequatur expulso culpae, dubium est, enim non sunt formaliter opposita, ut probatum est in tertia ratione & prima conclusione solutionis; sed possit dici negando illud, quia contradictio est esse amicum Deo, & non amicum: per gratiam est amicus, per culpam vero inimicus, ergo &c.

Sed hoc non cogit, quia amicitia per gratiam est ordinata ad vitam aeternam: inimicitia per culpam est ordinata ad penam condignam. Haec possunt simul stare licet non pro eodem, saltem quomodoconque sunt opposita, magis videtur tortum esse consequentia ad infusa gratiam, non inesse culpam, quam et converso: quia in secundo antecedens nullo modo ponit consequens. Sed si quaratur de prioritate consilietatis inter ista. Respondetur non est questio: nec enim ista negatio obligationis, quae non est, nisi negatio entis rationis, etiam est gratiae, nec et converso: quia sola voluntas divina ex sua iustitia determinat illam obligationem: sed ex misericordia non obligationem. Si queras quem ordinem habent ista, scilicet gratiae & non culpae, ut sunt objecta secundaria divinae voluntatis?

Respondetur, sicut dicitur est *lib. 1. distinct. 41. quae 2. de Praeestimatione*, eo modo quo est ordo volitionis divinae ad objecta secundaria: prius enim vult propinquius fini, & ita simpliciter prius vult ipsi pro A, postquam scilicet peccavit, gratiam, quam non vindicare, loquendo de prioritate intentionis. Sed exequendo, vult et converso: sicut enim prius vult istum habere merita quam gloriam, ita vult prius ordine executionis ipsi non inesse culpam, quam inesse gratiam. Vel

a. D. Tb. 17. dist. 4. art. 4. in princ. Ricardum dist. art. 4. quae 1. q. 10. c. 6. f. 15. & Circiter.

Vel si dicatur quod per inesse, vel non inesse nihil ponitur in ista extra, sed tantum utriusque objectum voluntatis divinae, potest dici consequenter, quod haec objecta secundum perfectionem habent ordinem quemdam, ut in ea tendit voluntas divina: sed secundum casualitatem vel generationem nullum ordinem habent.

DISTINCTIO XVII.

CIRCA istam Decimanonseptimam distinctionem quaeo hanc questionem.

QUAESTIO UNICA.

Utrum necessarium sit ad salutem peccatori confiteri sua peccata omnia suo Sacerdoti?

Videtur quod non. Ambrosius super illud *Luce 22.* ubi habetur quod Petrus post negationem Christi flevit amare, dicit sic: *Lachrymae lavans delictum, quod voce pudor est confiteri: Lachrymas Petri ego, satisfactionem non lego.*

Item super illud *Psalm. Dixi confitebor Deo, dicit Cassiodorus: Dixi, id est, apud me deliberavi, quod confitebor: & tu remisisti sequitur; magna misericordia Dei quod ad solam promissionem dimittit peccatum.* Item Augustinus ibidem, *Non dum pronuntiat, sed promittit pronuntiaturam, & Deum remittit.* Item Ezechielus 18. *Quaecunque bona peccator ingemuerit, vita vivet.* Ad hoc etiam ponuntur aliae auctoritates hic in litera de Lazaro Jo. 11. quia prius resuscitatus est quam solutus ab infirmitate, & leprosis *Luce 17.* Item per rationem, sola praeccepta Decalogi sunt necessaria ad salutem iuxta responsum Christi *Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serva mandata, & alibi, Mandata nati, haec fac, & vivet:* ergo in consilio esse simpliciter necessaria, contineretur sub aliquo decem mandatorum Decalogi; sed non contrarietur: quia huiusmodi praeccepta sunt de lege naturae, & ad minus ligabant tempore legis Moisaicae: sed nec in lege naturae, nec in lege Moisaica erat obligatio confitendi sua peccata homini. Item, nullus obligatur ad impossibile; sed mutus non potest loqui. Item, omnis extraneus inter illos, quibus est barbarus, est mutus: ergo non tenetur confiteri. Item, non habens Sacerdotem praesentem, non potest ei verbo tenore confiteri, potest: nec tenetur per scriptum, quia super hoc non invenitur praecceptum scriptum. Item, nullus tenetur mentiri, immo ex lege divina non mentiri, saltem periculo: sed habens conscientiam, quod per totam suam vitam vult innocenter, & sine peccato mortali, se confiteretur se peccalisse in mortaliter, mentiretur: ergo &c. Contra Iacobus 5. *Confitemini alterutrum peccata vestra.* Et in *Decretis de pan. dist. 1.* adducuntur multae auctoritates, quas etiam Magister ponit in litera. Una est Ambrosius. *Non potest quisquam justificari a peccato, nisi ante faciem peccatum confessus.* Item Augustinus, *Nemo dicatur,*

ſibi, occulte ago penitentiam: novis Deus, quia in corde ago. Sequitur: ergo ſine cauſa diſtinctio eſt; Quae ſolent illi ſuper terram, erant ſubſta in celo, & ſine cauſa claues dante ſunt: verbum Chriſti ſtraſtramus; Et idem ſuper illud Plat, Non aſtoneri me proſtandam. Patet eſt proſtandis iniquitatis, in quem ſeſideris, ſua claudet ſuper te os ſuum, ſi te non claſeris os tuum.

In illa quaſtione tria videntur. Primo, quo pacto tenetur quis ad confeſſionem peccati ſui faciendam Sacerdoti. Secundo, quid includit illud preceptum de confeſſione. Tertio: quid circa illud eſt per preceptum Eccleſiae explicatum. De primo ad propoſitum non poſſumus invenire preceptum, quo tenetur quis ad confeſſionem, niſi juris naturalis vel poſitivi, & hoc, vel divini vel Eccleſiaſtici. Illud autem eſt verum de Iure naturali, cujus veritas eſt nota ex terminis; & tale eſt principium in lege natura, ſicut & in ſpeculabilibus principium notum eſt ex terminis, ſive quod ſequitur evidenter ex tali vero ſeſe a to; cujuſmodi eſt concludo practica demonſtrata. Et ſtrictè loquendo, nihil aliud eſt de lege natura, niſi principium vel concludo demonſtrata; ſe tamen extendendo, quando dicitur illud eſſe de lege natura, quod eſt vera in practicum conſonum principis, & conſeſionibus legis natura, in tantum, quod itam notum eſt omnibus illud convenire tali legi. Et ex hoc patet quod non rectè loquitur Gratianus de iure legis natura, volens illa quae ſunt in Scriptura veteris vel novi Teſtamenti, de lege natura eſſe: quia nec illa omnia ſunt principia practica nota ex terminis, nec conſeſiones practicae demonſtratae: nec vetera evidentè conſonant talibus principis, & conſeſionibus; exponenda ergo eſt quod extendit Ius naturale ad Ius poſitivum ab auctore natura, ut diſtinguitur contra Ius poſitivum ab aliquo, qui non eſt auctor natura. Secundam membram, ſcilicet de lege poſitiva divina patet ex prædictis. Quaeſtione enim continetur in Scriptura pro tempore, pro quo ſunt obſervanda, & tamen non ſunt nota ex terminis, nec demonſtrabilia ex talibus notis, nec ſeſe conſonant talibus veris evidentè, ſunt mere de iure poſitivo divino, cujuſmodi ſunt omnes caeremoniae Iudaeorum pro tempore illius legis, & Chriſtitanorum pro tempore legis noſtrae. Nec enim eſt notum ex terminis, nec demonſtratum, nec evidenter conſonum talibus; quod Deus ſit colendus in immolationibus beſtiarum veteris legis; & hoc pro quocunque tempore. Nec, quod ſit colendus in caeremoniis noſtris, pura in oblatione Eucharistiæ, vel cauta Pfalmorem, ſicut iſta ſeſe ſunt conſona legi natura, quod non tepignet. Hoc etiam patet, quia illa quae ſunt de lege natura ſeſe proprie ſive extenſive ſemper ſunt univormia: non ſeſe huiusmodi caeremoniae, quae erant alia pro tempore alterius legis.

Tertium membrum patet, quia ultra Ius poſitivum divinum, quod continetur in Scriptura divina, Eccleſia ſtatuit multa, & propter obſervantiam honeſtatem in moribus: & propter reverentiam maiorem in ſuſcipiendis & diſpenſandis Sacramentis. Ad propoſitum dico, quod non tenetur quis precepto legis natura ad confeſſionem pec-

peccati, de qua quaeritur: quia tunc hoc obligatio fuisset pro ſtatu, vel tempore cujuſcunque legis, quod ſaltem eſt, quia nec erat in ſtatu innocetiae nec in ſtatu legis Moſaicae. Sed contra hoc obſtinet per Gloſſam ſuper illud Geneſ. 3. *Adam ubi eſt? vox eſt,* inquit increpanti & confeſſionem ingruentis, & ergo fuit confeſſio in tempore legis natura poſt lapſum. Similiter de Aaron, & filiis eius legitur in Levit. quod debuerunt confeſſi peccata ſuorum ſiſit, & frequenter dicitur in lege, quod qui peccaverit, debet conferre peccatum ſuum, & offerre tale, vel tale ſacrificium.

Hoc etiam conſtat, quia in veteri Teſtamento multa ſunt auctoritates de confeſſione facienda, ſicut illud: *Lufus prior accuſator eſt ſui,* & huiusmodi. Item, quod ſi concludo ſequens ex principis legis natura, probatur, quia hoc eſt nota, quod quilibet reus debet iudicari: ita, quod nullus debet eſſe iudex in cauſa propria; ergo reus debet iudicari per alium: non poteſt iudicari per alium, niſi accuſetur illi alii, nec poteſt accuſari, niſi a ſeipſo, ſi peccatum ſuum ſit occultum; ergo debet ſeipſum accuſare alii, a quo iudicatur, & magis eſt conſonum rationi, quod in ſecreto quam in publico, ſi peccatum ſit occultum; immo ſaſte ſatis notum ratione naturali, ſi peccatum ſit occultum, quod accuſatio debet eſſe occulta; ergo ex propoſitionibus novis legis natura, vel ſaltem valde evidenter conſonans, ſequitur confeſſionem illam ſecretam proprii peccati eſſe faciendam alii: & tunc nulli rationabilium quorundam Sacerdoti. Reſpondeo ad primum argumentum, quod Adam non debuit peccatum ſuum occultare Deo, quia ipſe eſt iudex, cui manifeſtavit eſt omne peccatum, & coram quo quilibet reus debet recognovere peccatum ſuum; & hanc confeſſionem Deus requirit ab eo, quam non ſolum non ſecit; ſed peccatum ſuum exculcavit reus quando in mulierem, dixit: *Mulier quem deſiſti mihi &c.* Unde illud non concludit, quod in illa lege eſt confeſſio facienda homini, ſicut eſſet facienda Deo increpanti.

Ad ſecundum, in tota lege Moſaica non ſebat iſta confeſſio, de qua loquimur: ſed de peccatis occultis tantum Deo ſebat confeſſio: de quibusdam tamen deſectibus publicis, & obſervantia Legulum ſebat confeſſio, & uniuſcuique, quando ſcilicet obſult pro tali deſecto ſacrificium: & generalis confeſſio Sacerdotis pro populo erat iſta: *Injuſte cogitamus, peccavimus,* & huiusmodi. Et iſto modo publica confeſſio Sacerdotis erat quadam diſpoſitio ad petendam miſericordiam Dei populo, ſicut & modo in Eccleſia, non confeſſione iſta, de qua loquimur, confeſſio nos peccave, & petimus miſericordiam & nobis, & toti populo.

Ad tertium, dico quod omnes auctoritates de veteri Teſtamento ad probandum confeſſionem, ſicut iſta loquimur, ſunt tantum vocales non ſententiales. De qua ergo confeſſione loquimur? Reſpondeo de illa generali, quam tenebant Sacerdotes, & Daniel, & multi alii viri ſancti, vel de illa confeſſione deſicti ſui publici proprii in obſervatione Legulum, ut ſunt illa irregularitates in contrahendo immunditias legis.

Ad rationem illam concedo, quod illa est nota lumine naturali, vel saltem valde confusa propoſitionem, quod reus est iudicandus; quia nullum delictum relinquendum est impunitum in universo, si est unus rector universi iustus: quod est notum naturaliter, vel valde confusum notis naturaliter: sed ultra, quod iudicandus sit ab alio iudicando, concedo.

Sed quis est iste alius? non est notum per rationem naturalem, nec per aliquam consonam rationi naturali, nisi de eo, qui est retributor meritum & punitor peccatum. Et tunc ultra, cum dicitur, ille alius non potest iudicare, nisi sibi fiat accusatio; potest negari, quia ipse peccata novit etiam antequam fiat sine omni accusatione. Vel esto, quod dicitur sibi tanquam consona notis, quod illi iudici debet culpa accusari, & ab ipso peccante, qui ipse solus scit: ex omnibus istis non sequitur, nisi quod peccator debet Deo confiteri, & concedo fuisse de lege naturae confessionem talem, id est, consonam veris notis ex lege naturae: quia pro omni scilicet lapsu, iusti qui habuerunt fidem de Deo, quod erat rector universi iustus, postquam peccaverunt contra Deum, & confitebantur Deo peccata sua, petentes ab eo remissionem, scientes enim sine tali remissione tanquam iustum iudicem vindictam de illo peccato. Sed si arguas quod alicui alii homini debet se accusare qui sit iudex eius; istud non potest probari per nota legis naturae: nec etiam est eis evidenter consonum, quia nullus homo potest esse iudex peccati hominis, nisi ut minister summi iudicis; hoc autem modo, scilicet esse ministrum iudicis in vindicando, vel puniendo peccatum commissum, magis concessum est unicuique respectu sui, quam tunc respectu alterius. Unicusque enim committit Deo, ut sit minister Dei in vindicando peccatum proprium, in iudicando sibi disciplinam, & restituum pro illo peccato, non sic autem notum est, quod concederet alicui respectu alterius. Et si arguas, quod in Republica humana unus est iudex alterius. Respondedo, verum est de illis quae possunt sibi innolescere in illo iudicio, cuiusmodi sunt publica.

tertium membrum tenetur, scilicet, quod confessio non cadit nisi sub praecipio Ecclesiae, non potest faciliter improbari, nisi quia vel Ecclesia non attentasset tam arduum praecipium imponere omnibus Christianis; nisi esset praecipium divinum. Vel quis non invenitur ubi ab Ecclesia imponatur istud praecipium, quin ante hoc Sancti reputarent hoc praecipium de confessione obligare. Si enim allegatur illud capitulum *Extra de penitent. v. rem. Omnis unusquisque sexus*; patet quod illud est Innocentii tertii in Concilio Lateranensi. Ante autem illud tempus per multos annos fuit Augusti, pluraquam per 800. annos, qui praedicaverunt confessionem valde esse necessariam, ut patet in libro suo de vera & falsa penitentia, & auctoritates quaedam illius ponuntur *hic in litera, quaedam in Canone de penitentia dist. 6.* Nec canonista facile inveniet aliquid Concilium, vel praecipium proprie, ubi exprimitur praecipium de confessione facienda, sicut hic loquitur. Hanc tamen opinionem tenet glossator

de penit. dist. 5, in princ. ubi prius diversas opiniones recitat de penitentia, & post subdit suam dicens: *Melius dicitur tam institutum a quadam universali Ecclesiae traditione, potius quam ex novo Testamento, vel veteri auctoritate.* Sed salva gratia sua irrationabiliter loquitur. Turpe enim esset Theologo dicere aliquid esse in Biblia, & necesse ubi illud inveniretur; & ita inconveniens debet esse Canonista dicenti, aliquid esse ex universaliter traditione Ecclesiae, & non invenire in Canone, si Canon sufficienter continet universales traditiones Ecclesiae. Non allegat autem aliquid capitulum Canonis ad istam traditionem, sed tantum post subdit, quod traditio Ecclesiae est obligatoria, & ad hoc allegat *artic. 11. distinct. in his rebus.*

Item si haec opinio vera esset, videretur quod Papa non teneretur confiteri, quia sicut habetur *Extra de verb. signif. Exiit qui seminavit*, non habet imperium par in parem. Item, non videretur quod infideles tenerentur ad praecipium de confessione, quia secundum Apostolum 1. Cor. 5. *Quid mihi est de his, quae foris sunt iudicare?*

Tamen unum argumentum innuit Glossator pro sua opinione tale, confessio non est necessaria apud Graecos, esset autem necessaria, si praecipium de ea esset ex auctoritate sacrae Scripturae. Sed antequam non est manifestum, necessarium enim est apud eos Baptisma fluminis, sicut & nobis tanquam prima tabula: sic etiam penitentia videtur; immo Sacramentum penitentiae, ut secunda tabula. Et si probatur antecedens, quia non est apud eos consuetudo confitendi; Respondeo; multas laudabiles consuetudines omiserunt, ex quo ab Ecclesia receserunt, & ita istam non solum laudabilem; sed etiam necessariam potuerunt omittere. Nec negatio illius actus inducit consuetudinem. Nec est illud quod ipse accipit pro antecedente, scilicet quod Graeci non teneantur confiteri; ista notam inter eos, sicut ipse dicit: quinimo hoc notum, quod non confiteantur. Nec hoc alibi aliquis Doctor scribens contra alias abusiones eorum, expresse, cum tamen fuisset notabilis discordia ab Ecclesia Romana, si sic hoc discordaret, notabilior, scilicet quam confiteri in fermentato, vel uti hac forma, *baptizetur servus Christi*, de quibus non tacetur a Latinis.

Breviter, videtur rationabilis tenere secundum membrum, scilicet quod confessio cadat sub praecipio divino positivo. Sed tunc oportet videre, An explicite habeatur in Evangelio a Christo immediate, quia patet quod non in veteri lege. An ab ipso explicite in aliqua doctrina Apostolica. An nec sic; nec sic; sed dato a Christo & vocentur ab Apostolis Ecclesiae promulgato. Primum istorum esset magis conveniens tenendum; si posset evidenter haberi istud praecipium ex Evangelio. Nec oportet ad hoc adducere illud Mat. 16. *Tibi dabo claves regni caelorum*; quia non est nisi promissio de datione futura. Si autem aliquid in Evangelio valet ad hoc, videtur illud *Joan. 20. Accipite Spiritum sanctum & quorum remiseritis pecca-*

72, &c. Et hoc arguitur uno modo sic: Hic data est potestas Apostolis, & in eis omnibus Sacerdotibus remittendi peccata: non principaliter; quia hoc est proprium Dei; ergo ministrantur & arbitrate, sed non possunt abtrahi in eius ignota: ergo est eius manifestanda causa in cui debent arbitrari: Hæc manifestatio est confessio; & ergo est ista collatio potestatis arbitraria, & Sacerdotibus in causa peccati obligatur peccator ad accedendum se eis tanquam arbitris, quod est contenti.

Sed dicitur, quod ratio bene conclusit, quod Sacramentum penitentiae est institutum a Christo tanquam utile & efficax: non tamen sequitur ex hoc, quod sit necessario recipiendum ut cadens sub præcepto, quia extrema unctio est instituta a Christo, & confirmatio Sacramentum, ut dictum est supra, & tamen neutrum est simpliciter necessarium, nec est præceptum de isto, vel illo recipiendo. Et tunc ad formam argumenti, Sunt arbitri in causa peccati: ergo alii debent se illis accusare, vel illi qui volunt se eorum arbitrio submittere, & sic se submitrant, ipsi habent bene potestatem arbitrari: sed non sequitur: ergo alii necessitate præcepti tenentur se submittere eorum arbitrio. Exemplum, quatuor sunt Sacerdotes, quorum quilibet habet auctoritatem absolvendi illum peccatorem, quibus est complete arbitri ejus quantum ad potestatem: non tamen tenentur se submittere eorum, sed uni tantum cui voluerit. Et hoc confirmatur per hoc, quod Christus subjungit; *Et quorum retinueritis, retenta sunt: illud verbum non est præceptum.* Non solum enim illa peccata retenta sunt a Deo peccatori ad penam, quæ retenta sunt a Sacerdote, quia Sacerdos non retinet aliqua, nisi aliquo modo sibi accusata, sicut signis indebitis penitentia. Et tamen illa que nullo modo sunt offensæ Sacerdoti; Deus retinet ad vindictam gehemæ: ergo nec illud verbum, *Quorum remiseritis, remittuntur*, erit præceptum. Unde neutri affirmati adijungit negativam denotantem remissionem istam ab Apostolis, vel retentionem esse præciam respectu retentionis, vel remissionis a Deo faciende. Licet hæc responsio videatur multum probabilis excludendo rationem præcepti ab isto verbo Joann. 20. *Quorum remiseritis* &c. tamen excludendo eam ostenditur propostam dupliciter. Primo sic; nisi committeretur potestas judiciaria, vel arbitraria, nisi alicui imponatur necessitas submittendi se sibi: sed Sacerdoti potest committitur hujusmodi potestas in causa peccati; ergo alicui, ut reo imponitur necessitas submittendi se arbitrio ejus; & hoc per idem. Major probatur, quia nullus est iudex alius, in cuius scilicet iudicando voluntate est iudicari ab isto iudice, vel non iudicari; tunc enim iste nullam auctoritatem iudicandi habere, si iste possit iudicari si voluerit, & non iudicari si noluerit. Ad quid enim est potestas judiciaria apud aliquem, nisi ut ius dicitur in illum cui tenetur parere iuri? tantummodo enim iudicare per modum punitionis, si tu velis, non est iudicare.

Sed nec istud cogit. Concedo enim quod iste arbitri non tantum habet, ut possit dicere ius in causa ista, sed ex quo alius submitte

se

se sibi, sua dictatio ligat, vel solvit illum; nec sic autem dictatio alienius se entis ius, & non habentis potestatem judicariam. Aliter ergo arguo sic: Quicumque primam gratiam amittit, tenetur de necessitate præcepti, & hoc illius, *Dilige Dominum Deum tuum* &c. agere quantum in se est ad ejus recuperationem, & etiam virtute illius præcepti. *Dilige teipsum*: sed ille peccator in peccato mortali amittit primam gratiam, & potest eam recuperare suscipiendo Sacramentum penitentiae ab illo arbitrio, quia hoc est institutum ut remedium efficax ad recipiendam primam gratiam, ex illo verbo Joann. 10. *Quorum remiseritis peccata* &c. Et licet concludatur necessitas præcepti confessionis non ex illo verbo tantum, *Quorum remiseritis* &c. sed ex illo, & illo præcepto, *Dilige Dominum Deum tuum* &c. simul juncto. Si dicas, quod major est vera, quod tenetur ad aliquam viam, per quam possit recuperare, sed non ad istam determinate, si alia sit possibilis.

Nunc argui licet suscipere Sacramentum penitentiae sit via utilis, tamen est etiam alia utilis, quia non probatur istam esse præciam ad illam recuperandam. Contra hoc, nulla alia est ita facilis, & ita certa. Hic enim non oportet, nisi non potest obicere ad gratiam, quod multo minus est quam habere aliquam attritionem, quæ per modum meriti de congruo sufficiat ad justificationem, ut dictum est supra *distincti. 14.* Potest etiam aliquis esse magis certus, quod non ponat obicem, quam quod habeat attritionem sufficientem, quæ per modum meriti de congruo, quia probabiliter potest scire se tunc non peccare, actualiter peccato inexteriori vel exteriori, & intendere recipere, quod Ecclesia intendit in illo Sacramento conferre: non sic potest scire se habere attritionem sufficientem, ut meritum de congruo ad justificationem.

Tunc hanc majorem accipio, ubi est via facilior, id est, magis in potestate hominis, & certior ad gratiam recuperandam, tenetur quilibet ad istam viam; ita, quod non omnia illa attenuent aliam difficiliorem, & incertioram, quia tunc exponeret se periculo salutis suæ, & videretur esse contemptor propria salutis. Sed ista via suscipiendi Sacramentum Penitentiae, est magis possibilis homini & certior ad primam gratiam recuperandam; ergo ex illo, unde istud habet efficaciam, & ex illo præcepto dilectionis Dei, & suscipias tenetur que ad istam.

Ista ratio si concludat præceptum de confessione haberi ex Evangelio ex illo verbo, *Quorum remiseritis peccata* &c. & illo, *Dilige Dominum* &c. bene quidem: sed autem saltem hoc concludi, quod præceptum de confessione faciendâ est valde rationale pro multitudine: quia etiam aliqua persona possit habere aliquod remedium speciale, tamen de illo remedio quod communitari est possibilis & certiale, rationaliter datur præceptum etiam omnibus in communitate, ut dictum est supra de *Baptismo* quia licet aliqui habeat Baptismum fluminis sine Baptismo fluminis: tamen quia Baptismus fluminis est remedium facile, & certum, præceptum de hoc pro tota communitate.

imitate est valde rationale, & ita ad minus habeo, quod rationabiliter fuisse datum præceptum generaliter de confessione facienda. Si omnino contendas, quod per rationes positas in illo membro non probatur fuisse datum ex verbis Evangelii, nunquid dicemus secundum, scilicet quod illud præceptum habetur ex verbis alicuius Apostoli? dicitur quod sic, de illo v. rbo Iac. 5. *Confitemini alterutrum peccata &c.* (a) Sed nec per hoc videtur nisi quod Iacobus præceptum hoc dedit, nec præceptum a Christo promulgatum. Primum non: unde enim sibi auctoritas obligandi totam Ecclesiam, cum esse Episcopus Ecclesie Hierosolymitanae? Nisi dicas illam Ecclesiam in principio fuisse principalem & per consequens eius Episcopum principalem Patriarcham, quod non concederet Romani, nec quod illa auctoritas pro tempore illo erat sibi fabricata.

Nec secundum videtur, quia Apostoli publicantes præceptum Domini in Scripturis suis utebantur modo loquendi, per quem potuit intellegere, quod erant præcones Christi, ut patet per illud Pauli 1. ad Cor. 7, ut quando vult publicare illud præceptum Domini de non dimittenda uxore, dicit, *Præcipio non ego, sed Dominus &c.* Quando autem vult facere propriam persuasionem, dicit de cohabitatione viri conversi ad fidem cum sua uxore infideli, vel converso, qui hoc licet sit sine contumelia Christi, non tamen est necessarium; *Dico ego, non Dominus*; alioquin non posset Ecclesie consistere, quod ipse ut præco publicaret præceptum, nisi ex precedentibus vel sequentibus manifestaret se esse in illa publicatione præconem.

Utroque enim membrum suum probatur per illa verba annexa, dicendo etiam, *Confitemini alterutrum*, non magis dicit confessionem faciendam esse Sacerdoti, quam alii; subdit enim; *Et orate pro invicem, ut salvemini*; ubi nullus diceret ipsum instituisse, nec promulgasse præceptum divinum; sed iugulatus eius est sicut in illo verbo, *Confitemini alterutrum*; persuasio ad humilitatem, ut scilicet generaliter nos confiteamur apud proximos peccatores, iuxta illud 3. Canon. Iohn. 1. *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos &c.* Ita per secundum persuadit ad charitatem fraternam, ut scilicet per charitatem fratrum subvertamus nobis invicem. Apparet ergo istud non esse de Iure divino promulgato per Scripturam Apostolicam.

Vel igitur tenendum est primum membrum, scilicet quod sit de Iure divino promulgato per Evangelium, ut in secundo vel tertio membro est declaratum; vel si illud non sufficiat, dicendum est tertium, scilicet quod est de Iure divino positivo promulgato a Christo Apostolis, sed Ecclesie promulgato per Apostolos absque omni Scriptura, sicut multa alia tenet Ecclesia orientalis per Apostolos sibi promulgata sine Scriptura, cuius iudicamentum est illud Iohn. 20. *Multa quidem, & alia signa fecit Jesus &c.* & habetur explicitè *Extra de celebr. missæ. c. Martia. l. libro tertio.* De

a Alex. de Alei in 4. pars. sum. de confessione. q. 2. & Ric. ubi supra.

De Secundo articulo dico quod hoc præceptum includit, quis debet consistere: quia a salute, id est, habens nam rationis, & cognoscens peccatum quod commisit; per quem adultum non intelligo tantum, vel tantum ætatis, sed quod habeat ætatem ad cognoscendum iustum, vel iniustum contra legem Dei. In multis enim ante ætatem consuetum malitia supplet ætatem, & non tantum in malis, ut dicunt communia verba, quia forte habet citius prudentiam ad malum: unde dicitur doli capax: sed etiam in bonis, iuxta illud in legenda sancta Agnetis, *Fides non in omni computatur*. Et istius breviter regulæ est, quando aliquis instructus, & interrogatus ordinate, percipit distinctè quod iustum, & quod iniustum in lege divina: quod potest faciliter videri; si ad ordinatas interrogationes ordinate respondet, sicut alius adultus pericite ex similibus præmissis similiter responderet. Continet etiam hoc præceptum quid debet consistere, quia peccatum mortale, & non continet aliud: nam per veniale, nullus periclitatur extra navem Ecclesie: quia peccatum veniale fit cum perfecta charitate, quæ est navis salvans. & ideo ex prima institutione præsentis; ut secundæ tabule, non oportet aliquem ad eam confugere pro remedio contra veniale, sed tantum contra mortale. Sed quod peccatum mortale?

Respondendo quod omne de quo habetur memoria, & hoc præmissa inquisitione diligenti secundum possibilitatem fragilitatis humanæ, intelligo, quantum inquisitionem posset alius apponere circa aliquod malum arduum, quod sibi malum esse coram, tantum deberet apponere circa omnia peccata mortalia reducenda ad memoriam & illa reducenda ad memoriam debet eidem consistere; non dividendo confessionem, quia dicit Augustinus, de vera & falsa poenitentia, & ponitur de poenitentia, s. cap. Confiteri. *Quidam enim celant, & ponunt alii manifestandum conservant; quod est se laudare, & ad hypocritam tendere, & semper veniam carere, ad quam credunt per frusta pervenire.*

Si contra hoc obijciatur, quia tunc videtur quod quilibet peccator tenetur cubiter requirere dicere omnia peccata sua, aliquando tacendo ea, vel aliquod illorum, est hypocritæ, est hypocritæ, si innocentiorem, quam sit. Respondendo, quod tacendo tunc non debet dicere, non ostendo me innocentem in his, quæ taceo; sed illi, cui dicere debet; & quando dicere debet, & quomodo, sicut in confessione tacendo aliqui confitendo aliud, ostendo me innocentem in hoc quod taceo, & in hoc est hypocritæ, non in alio casu. Nec solum peccata, sed circumstantias peccatorum notabiliter aggravantes includit dictum præceptum, iuxta illud Augustinus. *Prius consideret qualitatim criminis, in loco, in tempore, in perseverantia, in varietate persone &c.* Sæltm illas dico aggravantes esse necessaria confitendas, quæ specialis prohibentia prohibentur, verbi gratia, alienum accipere, est illicitum, sed specialis prohibentia prohibetur accipi de loco sancto, & ideo speciale peccatum, scilicet sacrilegii, per hanc circumstantiam constituitur. Similiter est illicitum non solum cogno-

cognoscere; sed si qua propinqua sit, speciali prohibitionem prohibetur, & ideo speciale peccatum inestibus per hanc circumstantiam constituitur. Frequentia etiam non est dubium, quod est circumstantia simpliciter ponens aliud peccatum; quia qualibet vice committitur novum peccatum, & de similibus similiter habeatur iudicium. Multae autem sunt circumstantiae; ex quibus peccatum est aliquo modo gravius; & hoc vel ex parte objecti, vel ex parte personae peccantis, de quibus non est ita certum, quod oporteat illas contineri; tamen tunc & utile est hoc fieri. De aliis veto quae nihil ad B; puta sine qua esset tanta gravitas, quanta cum alia circumstantia impertinente; fatuum est confiteri, utpote si aliquis peccat cum aliqua quae vocatur Berta, vel Lucia, & huiusmodi. Continet etiam hoc praecipuum *caui*, vel Sacerdoti: ille enim in Ecclesia habet solus auctoritatem ligandi & solvendi, ut dicitur *dist. 19*. Et Sacerdoti habenti jurisdictionem; quia sententia non suo iudice data, nulla est. Continet quarto *quando*, quia quandoque est in periculo mortis, quilibet enim quando imminet iudicium damnationis, vel misericordiae, debet se preparare ad misericordiam quantum potest. Istud autem non tantum est in infirmitate mortali, sed quando aggravidatur actus arduus, in quibus sit verisimile, quod mors imminet, ut in bello mortali, in naufragio, & huiusmodi. Et etiam quando vult exercere actus aliquos, quibus debetur reverentia specialis, ut quando vult communicare, quia sicut dictum est supra *dist. 9*, habita opportunitate confessoris, nullus debet sine confessione communicare, & in similibus simile est iudicium.

Continet etiam *qualiter*, quia cum displicentia peccati commissi, & cum proposito abstinendi a peccato, & obediendi Ecclesiae in satisfactionem pro isto peccato. Intellego, non quod oporteat eum velle penam, vel penitentiam suscipere a Sacerdote, quia etsi nullam sibi oblatam a Sacerdote vellet recipere, tamen dicit idoneitates, vel conditiones haberet praepositas hic, & propositum recipiendi penam infligendam sibi a Deo hic, vel in purgatorio: talis inquam, citius esset absolvendus, quam repellendus, ut dictum est supra *distincti. 15. q. 1*. Sed si suscipiat aliquam penitentiam, vel satisfactionem sibi impositam ab Ecclesia, tenetur illam servare: & hoc propositum oportet quod habeat, ut debito modo confiteatur, scilicet ut velit obedire confessori in servando, vel solvendo illam satisfactionem, quam voluntarie suscipit ab ipso impositam. Sed arguitur contra hoc; quod dictum est in *2. art. quae sunt constituta*: quia omnia mortalia per hoc quod dictum est supra *dist. 15. q. 1*, quod aliquis potest solvere penam debitam pro uno peccato, non solummodo penam pro alio: immo permanendo in aliquo peccato: ergo a simili potest solvere confessionem debitam uni peccato subdito aliud. Respondet, ibi dictum est, quod ille qui vere est semel absolutus a peccatis omnibus, penam exteriorum sibi impositam potest solvere, vel in charitate, vel in peccato mortali: & est quod in peccato mortali solvat, non tenetur eam iterum solvere, nec hic, nec in purgatorio, nec in inferno.

fero. Sed si aliquis nunquam verè absolvatur ab isto peccato, quia poenitentia debet absolvi, post obitum, qualis est hypocrisis, quia poenitentia obicitur: tunc tenetur solvere, qualemcumque penam exteriori solvat, vel satisfaciatur. Et ratio est, quia prius oportet penam aeternam commutari in temporalem, atquequam alia pena temporalis sit aliqua solutio pro ista culpa. Quod autem ille hypocrisis constituitur, non est sibi commutata, quam nec absolvitur ab ista culpa: commutata est autem, quando ille semel vere poenitet, licet qualemcumque poenitentiam recipiat: iste enim aliquando vere fuit iustus, & non debitor poenitentiae aeternae pro peccato commissi, & etiam de novo fit debitor novae poenitentiae pro novo peccato quod hic committit.

De tertio debitor novae poenitentiae, quod Ecclesiae praecipuum istud, quantum ad aliqua praedictorum, non significavit, & quantum ad aliqua specificavit. Praecipuum autem specificatio huius praeccepti invenitur in *ill. cap. Extra de poenit. & rem. si. Quoniam utriusque sexus*. Quantum ad quis, specificavit, quia peccator adultus, postquam scilicet ad annos discretionis attigerit &c. & nihil aliud est, quam adultus secundum intellectionem prius aliquatum. (2.) Quantum ad quae; dicuntur quidam quod si habet mortalia, tenetur praecipue ad confessionem illorum, & non venialium. Si autem habet sola venialia propter praecceptum Ecclesiae tenetur in illo casu ad illorum confessionem. Hoc non intelligo, quia in illo capitulo dicitur, *omnia peccata sua*. Aut fit ibi distributio de peccatis venialibus, aut non. Si sic, ergo habens mortalia per virtutem illius praeccepti tenetur ad confessionem venialium. Si non: ergo non habens mortalia, sed tantum venialia, non tenetur ad confessionem illorum, quia simpliciter non cadunt sub illo, quod dicitur ibi, *omnia peccata sua*. Unde videtur contradictio ponendo eundem intellectum vocabulorum istorum, *omnia peccata sua*, a dicere istum obligari ad confessionem venialium, & non istum.

Item, est quod aliquis vixit sine peccato mortali usque a medium Quadragesimae, si tunc confiteretur, ut implere praecceptum Ecclesiae, per te tenetur confiteri venialia, quia illa sola habet; peccata illorum die mortaliter, vel post implere praecceptum Ecclesiae de confessione, per te, non tenetur confiteri venialia illa, quae prius habuit, ergo per confessionem mortalium absolutus est ab aliqua obligatione, scilicet ad confessionem venialium, quod videtur irrationabile. Dico igitur, quod quantum capio ex status Ecclesiae generalibus, nullus tenetur ad confessionem venialium in quocunque casu, nec in hoc Ecclesia specificavit praecceptum de confessione: & hoc rationabiliter, quia ipsa utitur Sacramento Penitentiae, tanquam tabula secunda contra naufragium, quod non est in venialibus. Nec aliquis tenetur ad aliquam contritionem de venialibus: immo in actuali voluntate vel acta venialis mortis salvabitur: vabulabit tamen. Non videtur autem

autem quod aliquis teneatur ad secundam partem penitentiae, quae est confessio, de quo non teneatur habere contritionem, vel attritionem. Hoc etiam patet ex alio, quia (sicut supra dictum est) venialis delictor sit licet quantum ad culpam, & penam, quandoque sine aliquo opere speciali, sicut per actum ferventem contemplationis in Deum, quemadmodum gutta confluitur a flamma vehementi. Si quæras, quomodo ergo Sacerdos cognoscat vultum peccatoris sui, si ille, qui dixit, se vixisse innocenter, non tenetur confiteri venialia sua? Respondetur, si quis sibi confiteretur, & solum venialia, ex quo cognoscat ipsum non fecisse, nisi sola venialia? ex quo confessione sua, unde Extra de offic. ord. cap. Significavit. *Confitentis penitentia licet in omnibus credenda est, quia non est verisimilis, quod quis sit innocens sine salutis ergo ubi eodem modo credat venienti, & dicenti, Domine regnator Deo, quia ex quo fuit ultimus confessus, non habet conscientiam de peccato mortali, dante tibi Eucharistiam: & in ista penitentia tantam habet cognitionem vultus peccatoris sui; quantum si narraisset venialia sua per duos dies: nec aliam certitudinem possit habere de propriis venialibus, si confiteretur, quam modo habet de innocentia eius, scilicet per proprium testimonium ejus. Quantum igitur ad quæ, Ecclesia circa illud præceptum non specificavit. Quantum autem ad cui, videtur specificatum per hoc, quod ait, *proprio Sacerdote*; nam ex prima institutione Ecclesie non videntur fuisse distincti proprii Sacerdotes: quando enim Apostoli hinc, & inde ibant prædicando verbum Dei, nec sicut in Ecclesiis istius gentis, nec illius; & nec isti; nec ille; sed post sunt diæceses distinctæ, & parochie, & Sacerdotes in parochiis: & pro tunc tamen possunt & poterant dici proprii Sacerdotes, quicumque habentes jurisdictionem ordinariam, vel commissariam, vel strictissime soli habentes immediatam jurisdictionem, & proximam ordinariam. Et secundum hos intellectus possunt fieri alterationes hodie inter Ordinarii & Commissarios de intellectu illius capituli. Si quidem Ordinarii; & proximi; & inferiores non alterantur contra superiores, ut ipsi soli sint populi; & non alii: non enim ita faciliè audent Curati resistere Episcopis, sicut pauperibus privilegiatis. Si tamen ponderaretur virtus vocalium, *proprio Sacerdote*, proprius qui solus, & non alius, vel proprius istius, quia isti, & non alii; neutro modo obligat aliquis ad contentum proprio Sacerdote: quia si miles ex æquo prælium alicui parochiano, uterque ex æquo absoluit. Idem etiam ex æquo absoluit multos parochianos: igitur intelligitur hoc habere jurisdictionem ad immediate absolvendum illum. Nec in hoc tunc specificatus præceptum, quia in generali erat de cui, scilicet Sacerdoti habenti jurisdictionem. Et si aliquis possit committere illam immediatam jurisdictionem, uti, quam alius habet ordinariæ, quod ipsi non negant Papam posse, igitur secundum istam intellectionem, Commissarius potest fieri proprius: non igitur illud *proprio Sacerdote*, specificat*

cui,

qui, ut includitur in præcepto primo, nisi dicatur, quod in primitiva Ecclesia quilibet Sacerdos habuit jurisdictionem supra quemlibet penitentem: & nunc singulis sunt determinati singuli penitentes, ut subditi: & tunc quilibet erat proprius cuiuslibet; hoc modo: scilicet, quod habens jurisdictionem ordinariam super quemlibet; sed non proprius, illi, determinatus sibi, vel parochie sue; sicut modo sit proprius: sed illa proprietas nullam potestatem specialem tribuit proprio, quam non habuisset ille: sed tantum imitat aliquos aliquibus. Si vero quæras, utrum de vi præcepti primi, & de eius explanatione; quantum ad istum articulum, *cui, licet confiteri laico?* Ad quod Magister videtur respondere in littera, quod sic, & auctoritates sunt in Canonis *de penitentia distinctione 6. & 8. Placuit*. Respondetur, talis confessio potest esse materia verecundie, quæ est una pena debita peccato; & in hoc contentus solvit aliquam penam, quam solveret, si confiteretur Sacerdoti: sed quæ accusatio ad hoc ex præcepto fit, & non ad aliud, ut sequitur sententia, laicus nullam habet sententiandi auctoritatem in illo foro; sequitur quod nullum præceptum est de accusando fe laico, & forte utilius est non accusare fe illi, si possit æqualem verecundiam habere apud se recogitando eadem peccata, & sic faciliè puniri. Et si dicatur aliquis, quod necessearium est non confiteri laico, quia nulli licet dilamare se, nec prodere peccatum suum occultum, maxime quando ille cui prodit, non presumitur celator sceleris, nec ferit melius consulere peccatori, quam ipsemet sibi. Forte enim prout consilium requirendum liceret alicui revelare peccatum suum alicui laico discretiori. Sed nec hoc patet, quia consilium potest inquiriposito casu in universalibus de aliquo, absque revelatione peccati sui: quod igitur de malefactoribus damnatis non veniens laico? Respondetur, simplicitas excusat eos, ne in hoc peccent; & humilitas eorum est meritoria eis, pro quanto vultum illud quod perinet ad Sacramentum Penitentiae supplet, sicut possunt. Sed vitio discreti, qui bene sciret ad quid est confessio instituta; nec forte utile foret, nec (sine forte) necessarium talem confessionem tacere. Quo ad quando, Ecclesia determinavit præceptum; scilicet semel in anno: & illud semel videtur ad minus esse circa Pascha, quo tempore secundum illud capitulum debet quilibet Christianus communicare, nisi in casu. Et si dicas, quod hæc specificatio est laxatio, quia prius tenebantur faciter confiteri habita opportunitate confessoris, nunc autem non teneatur ut usque ad Quadragesimam.

Respondetur, utrumque est dabitur aliquibus, quibusdam dicentibus; (a) quod & tunc, & nunc tenetur statim habita opportunitate confessoris confiteri; quibusdam dicentibus; quod nec tunc, sed tantum in voto confiteri pro aliquo tempore ante mortem, nec nunc, sed pro voto confiteri semel in anno. Secundum videtur esse mitius, quia præcepta penalia non sunt amplianda, sed restringenda: nec inveni-

tur

tur quando præceptum istud affirmativum liget, vel obliget, nisi ad aliquando, & illud quando ante specificationem Ecclesie fuit indeterminatum ad quodcumque quando ante mortem: sed post specificationem est indeterminatum ad quodcumque quando unicum in anno; semper tamen oportet habere voluntatem continentis tunc pro quando præceptum obligat: hoc dico sic, quod pro nunquam voluntatem habeat.

Ad argumenta. Ad primum potest dici, quod tempore negationis Petri Sacramentum Penitentiae non fuit institutum: sed post resurrectionem, quando Christus dixit discipulis suis: *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remisistis &c.* Et ideo non teneatur pro tunc ad confessionem, nec post institutionem Sacramenti adhuc teneatur: quia jam ante resurrectionem per aliud remedium fuit peccatum suum deletum. Et consimiliter responderi potest de infirmitate omnium discipulorum in passione Christi, quod non tenebantur post ad confessionem: quia post resurrectionem penituerunt ante institutionem Sacramenti Penitentiae; & hoc bene confirmat, quod confessio non erat de lege nature nec Mosaica. Sed ad illa verba Ambrosii: *Lachryme Lavium delictum, quod voce pudor est confiteri*, non sunt hic intelligenda, quod sine confessione pudorosa in actu, vel in habitu lavetur delictum; sed contritio potest esse tanta, quod in ea etiam ante confessionem deletur peccatum, quod tamen est ita grave, quod confessio ejus sequens est pudorosa. Ad auctoritatem Augustini, & Cassiodori super Psalm. *Dixi confitebor*; dico, quod illa contritio habet propositum, seu promissionem confessionis secuturæ; & sic non deletur peccatum sine proposito confitendi. Quod patet per sententiam auctoritatis Cassiodori, ubi subdit, *Votum pro opere iudicatur*, quasi dicitur, votum, vel voluntas confitendi iudicatur pro confessione futura; nec tamen lequitur ex hoc, quod sine confessione futura peccatum deletur quantum ad penam debitam; quia illa confessio est una pena, & si illa non solvitur hic, si sit tamen voluntas solvendi, solvetur alibi. Si autem mereatur voluntas solvendi illam, jam recidit a vera penitentia, & peccat mortaliter, ut dicitur est supra de baptizato baptizato flammis: contemnentem postea baptismum flammis. Ad primum rationum dico, quod omnes ceremonie tam veteris legis, quam nova reducendæ sunt ad aliam modo præceptum Decalogi, & possunt ad illud reduci; *Audi Israel, Deus unus est*, vel ad illud: *Memento, ut diem sabbati sanctifices* five enim per primum, five per secundum præceptum, dicamus Deum præcipisse se honorandum, ut Deum; sequitur quoddam ceremonie, quibus se vult coli, cadant sub illo præcepto, sicut conclusio fuit præmissis. Si arguatur contra, quia tunc ille ceremonie essent de lege nature. Respondeo, ex majori de lege nature, & minori de lege positiva, non sequitur conclusio nisi juris positivi. Major ista, *Deus est colendus*, est de lege nature; saltem quia est valde consona legi nature, sed hæc minor, *vult se coli*: est mere de jure positivo. Variatur autem pro alio, & alio tempore; ergo conclusio, scilicet

scilicet *se colendus est*, est mere de lege positiva, quia semper conclusio sequitur conditionem præmissæ imperfectioris. (a) Ad aliud dicitur, quod talis debet confiteri per interpretem, vel per aliquam aliam signa a verbis, quæ possunt esse nota Sacerdoti. Secundum est bene concedendum, si aliqua talia signa sint communia consentienti mutuo, vel barbaro; & Sacerdoti. Sed primum non videtur necessarium, quia focus ille ex natura sua est secretissimus: ergo non tenetur aliquis ad illum forum, ut aliquo modo publicum; sed licet interpret velit celare, & teneatur celare, nec Sacerdos; tamen si velit malignari ipse & Sacerdos possunt esse relictos contra accusatum, & ita ex natura hujusmodi possunt, hæc accusatio potest venire in publicum, & ita non est penitentialis. Ex hoc patet, quod pluribus Sacerdotibus simul non est constitutum necarium, ut melius videtur. Quod si fiat non est Sacramentalis consilio: maxime autem videtur quod non sit constitutum per interpretem, quando timetur ipsum non esse secretarium idoneum; & si in tali causa ille habet impossibilitatem confitendi homini idoneo, confiteatur Deo cum proposito confitendi homini opportunitate oblata. Ad aliud videtur quandoque consilio facienda per scriptum, ut legitur de Thoma Episcopo Cantuariensi, qui misit ad curiam pro abolitione. Sed hoc videtur esse contra rationem confessionis, quia omnis scriptura, seu hujusmodi natura est esse publica: quantumcumque enim aliquis consuevit secreta apud se scriptum, tamen ex quo mittit illud, vel propter nuntium, vel propter illum, ad quem mittitur, potest publicari, & semper ex sui natura est periculum quocumque legenti, loquenti quod ibi continetur. Quilibet ergo scribens aliquid, sciat in hoc, quod est contra naturam signi idonei in confessione. Et in illa scriptura tollitur veteriudicia, quæ est pena magna in confessione, & hoc nisi confitens sit presens quando per scriptum committitur: ideo quod dicitur q. 5. *Qualis debeat*, quod quis potest confiteri per scripturam: Joannes exponit, quando confitens est presens, quia absens non potest licite; igitur absens expectet presentiam cum proposito confitendi, ea habita. Ad aliud dico, quod simpliciter innocens a mortali & veniali teneatur simpliciter non confiteri. Unde si Beata Virgo fuisset confessa Peccato post ascensionem, peccallit confitendo; sed si esset tantum innocens a mortali potest confiteri venialia; & potest non confiteri, ut dicitur est 3. art. 9. *De qua*. Nec est incredibile multos esse tales in Ecclesia, qui per annum vivunt sine mortali, imo per Dei gratiam multo multo majori tempore sine peccato mortali se colunt, & multa opera perfectionis exerceant de quorum meritis thesaurus Ecclesie congregatur.

DISTINCT. XVIII.

Cetera hanc Distinctionem Decimanovam, in qua Magister tractat de potestate clavium; & Distinctione Decimanona de collatione eorum, quæritur unum.

Tom. IV.

II

QUÆ.

a D. Tho. præfati dist. quæst. 3. art. 2. solut. 2. arg. 4. quæstion.

QUESTIO UNICA.

Vtrum potestas clauis non tantum modo se extendat ad penam temporalem?

Arguitur quod non; quia si sic, aut ad remittendum illam, aut ad infligendum. Non ad remittendum, quia tunc per frequentes absolutiones possit tota pena debita peccato remitti, & sic apud quemcumque Sacerdotem esset potestas absolvendi a pena & culpa. per frequentes absolutiones, quod est inconveniens. Nec ad infligendum, quia tunc quilibet pariter reueretur adimplere quamlibet penam sibi iunctam a Sacerdote, quod est insulsum: quia si quis indiscrete imponat immoderatam penam; de qua penitentis potest scire, quod est improporcionata culpa; (quod potest utique scire ex Scriptura, quae continet correspondentiam penarum ad culpas) non tenetur illam implere, quia non tenetur obedire inferiori contra voluntatem superioris; nec etiam pariter, quia non obedit interiori; nisi propter voluntatem superioris: non est autem voluntas superioris, scilicet Dei, quod tanta pena imponatur pro tali culpa. Item Joan. 20. *Quorum remisistis peccata*, &c. ergo potestas clauium Ecclesiae est ad peccata dimittendum: non ergo extendit se praesertim ad penam temporalem. Contra; illa potestas clauium ad aliquid se extendit, sed non ad aliud, quam ad penam temporalem; ergo &c. Major patet, quia alioquin non esset aliqua potestas. Minor probatur, quia non ad remissionem culpae, nec penae aeternae; quia secundum Magistrum in littera, haec duo conveniunt soli Deo; ergo &c. Item, ante usum clauium per solam contritionem, & propitium confitendi remittitur peccatum secundum Augustinum, & Catholico in super illud Psal. 31. *Dixi confitebor & tu* &c. ergo si usus clauium circa talem aliquid respiciat, hoc non est nisi ad penam temporalem.

DISTIN. XIX.

Circa Distinctionem Decimasnonam, quia solutio istius quaestio- nis praecedentis dependet ex solutione sequentis: quae est de conditione clauium, sive quomodo claves Ecclesiae habeat; de quo hic Distinctione Decimasnona agitur, ideo quaero hic hanc quaestio- nem.

QUESTIO UNICA.

Vtrum culibet Sacerdoti in susceptione ordinis Sacerdotii conferantur claves Regni colorum.

Videtur quod non. Apocal. 3. de Christo. *Claudis, & nemo a- pertis aperit, & nemo claudis*: ergo solus habet claves istas. Item, Augustinus de baptismo contra Donatistas, s. lib. *A peccato non absolvit nisi columba, id est Christus, vel membra columba*:
ergo

Quaestio Unica.

ergo nullus Sacerdos iniustus habet claves, quibus possit absolvere a peccato, & tamen iniustus potest habere claves Sacerdotii. Item, una clavis dicitur communiter esse clavis scientiae; sed haec non confertur culibet ordinato in Sacerdotem: quia prius ignarus non invenit se scientem post ordinationem; nec prius sciens suam scientiam, quam ante. Si autem conferretur nobis, non lateret nos secundum Philosophum 2. *posteriarum in fine*. Item, scientia non suo iudicio lata, nulla est; sed ex multis habet claves alieni aperiendi caelum, nisi suo iudicio; sed ex susceptione Sacerdotii non datur sibi iudicium, sed iustitiam in subditis; ergo nec claves. Item, si in ordine Sacerdotii datur clavis, ergo non potest haberi a non Sacerdote. Consequens est falsum, quia Archidiaconus, quem non oportet semper esse Sacerdotem, potest ligare & solvere, quia exco-communicare, & reconciliare. Patet *Extra de senti. exco. noni*. Contra. Matth. 6. promittitur Petro, & Sacerdotibus: *Tibi dabo claves regni colorum*, & Joan. 20. impletur illud pro-nissum dicente Christo: *Quorum remisistis* &c. Item, cui datur quod majus est, ei regulariter non negatur quod est minus; sed maxima potestas possibilis viato i est potestas concedendi Corpus Christi, & haec conuenit in susceptione ordinis Sacerdotii: ergo & potestas respectu corporis myitici, quae minor est, puta clavis ligandi, & solvendi eidem in ordine illo confertur.

Hae secunda quaestio (ut praedictum est) est primo solvenda, ubi sunt quinque videnda. Primo, quod in Ecclesia, & hoc apud Sacerdotem rite ordinatum, est una clavis Ecclesiae, quae est potestas aperiendi in foro penitentiae. Secundo, quod apud quem est clavis, quae est potestas concedendi in causa rite contentis. Tertio, quod haec & illa clavis non sunt eadem sed duae. Quarto, qualiter habens has duas claves possit per eas in actus earum, live qualem potentiam habeat per eas respectu actuum ipsarum clauium. Et quinto, si praeter istas sit alia clavis in Ecclesia.

De primo, omnes transferentes secundum aliquam similitudinem transferunt; clavis materialis est, proximum instrumentum aperiendi & claudendi osium, per quod intratur in domum, a; per hoc nec aperiit, nec aperiens est, nec causa propter quam aperiit, puta dignitas personae ad intrandum, vel indignitas, propter quam expellitur. Hoc modo spiritualiter contingit considerare aperiendum regni colorum, quae fit per sententiam definitivam, qua sententiatu- rum illi aperiendum; quia ista aperiit non est actualis, sed dictata condigna dispositio illius; cui aperiit. Conuenit etiam invenire a- perientem, & ille est sententiens: conuenit etiam invenire causam, propter quam laud aperiit per sententiam introductivam, & propter quam haec claudat per sententiam exclusivam; scilicet de aeterna illius, & merita illius; nullam istamque est clavis, quia primum est aperiit, secundum aperiens, tertium causa remota; igitur potestas illa, quae est in sententiante, quae est immediate principium, sive instrumentum sententiandi; quae sententia dicitur aperiit, illa pro-